



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Philippus Bernal. n. 25

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Ideo dignis  
favoribus  
ab Impera-  
tore fouen-  
tur.*

rum disciplinae tradunt, in omni pietate, quam optime instituant. Ipse Imperator noster clementissimus in suis ditionibus multos tales alit, & sua maiestate dignis fouet beneficijs. Quod etiam tua Celsitudo coepit liberaliter imitari, vt tantis laboribus pares esse queant viribus corporis. Non desunt qui eis detrahant, sed eo nomine Christianis omnibus debent esse gratiores. Non docent vt nostri Euangelici ventrem pro Deo colere, otium sectari, voluptati ac vanitati huius miseræ vitæ esse diditos, sed carnem cum vitijs & concupiscentijs crucifigere. *Ita refertur apud Raynaud. in Trinitate Patriarcharum Lugdun. typis edita anno 1647. fol. mihi 604.*

## A PRÆMONSTRATENSIBVS.

25. **A** PHILIPPO BERNAL *Magistro doctissimo, Ordinisque Definitore: is in sententia D. Thomæ in fauorem immaculatae Conceptionis Beatæ Virginis Discursu 3. pag. 46. Ex omnibus (inquit) Religiosis Ordinibus viri grauissimi, ac doctissimi scripserunt in fauorem Virginis Sanctissimæ absque labe originali conceptæ: & ex sola sancta Religione Societatis IESV (vtpote in qua tantopere florent vna cum virtute & sanctitate bona studia, & literæ) tot ac tam eminentes Magistri scripsere, vt illi soli sufficerent ad faciendam illam sententiam pluitquam probabilem: isti sunt Suarij, Vasquez, Pinetæ, Toleti, Peltani, Canisij, Bellarmini, Turriani, Maldonati, Salmerones, Pereyræ, Delrij, Henriquez, Gregorij, Barradæ, Fernandez, Lorini, Salazarij, Iustiniani, Cornelij, Magallanes, Salas, Bonifacij, Castrij, Acoltæ, Maguncij, Morales, Costeri, Brunones, Labatæ, Mesæ, Ostorij, Ribadeneiræ, Arnayæ, Apontes, Macanni, & alij sexcenti.*

*Hæc ille.*

*Societas  
virtute, &  
bonis literis  
floreus.*

*Filiorum  
calamis in  
fauorem  
immaculatae  
Virginis  
pugnat.*